

Nescio, Mi Hugeni, quid iterum mihi minimi otioso
 offertur ut ad te maximis impeditum scribam. Plurimi
 sum quibus, ut unde & domi & in castris sustentemur
 habemus, maxima rei frumentaria cura est, ita tamen
 ut rem propriam negligere mihi quidem non videantur;
 inter illos & ille de quo affinis meus ad te. honesta
 tamen petitio est, utis miserime etiam conata, & tu
 spero pro tua humanitate operam dabis quo expectationi
 petentis satisfiat; hoc unum te rogo hisce meis literis,
 qua accessio commendationis Affinis mei sunt.

In castris multa quodidie perferuntur, mihi quidem saepe
 incredibilia & vana, sed certa illi qui hanc audientem
 pro comperto habent; longam obsidionem fore & natura
 & sibi loci facile iudico, addo & novas munitiones; sed
 victoria tanto illustrior erit si urbi potiamur, Deus
 tamen haec ut & alia pro suo arbitrio regit, quae initio
 difficilia & temporis tractum requirere videntur, ea saepe
 & facilia & expedita reddit, Sed Deus facit ut
 laetum & triumphantem Principem reducamus videmus,
 & ne hostis, quem in expeditione esse constans fama est, alicubi
 gravem impressionem faciat, Vale mi Hugeni

Haga 20. Junij 1629 Tuus ex animo

Johann Debes



23. Jan. 1699.



My dear Sir
I understand you have
sent me
Yours
D. 1. 1699